

secundum falsam, et erroneam eorum mentem, opinantium floridam, ac fructiferam virginitalis meae vineam non fuisse semper intactam. Quam vero apte nomine vineae virginitalis veniat intelligenda, auctor est d. Ambrosius (*1. de exhort. ad virg.*) eleganter atque erudite dicens: *Nemo auferat animas vestrae vineae, et vitia olera ferat: vinea enim quidem puritas virginitalis est, coniugium velut olerum plantaria sunt, in quibus frequens zelus est: et ideo sicut olera herbarum cito cadunt, atque marcescunt, nisi fenum imponat senectus, aut ad perfectum vehat continentia. Non veniat ergo in vos Achab, qui concupiscat vineam vestram delere, et extinguere; nec veniat in vos Iezabel eorum illud, et saeculare profuivum, sed veniat Naboth, qui venit a patre, sicut significat nominis ipsius interpretatio, qui vineam sanguine defendat suo, et pro eo mortem offerat; haec Ambrosius. Virginitas ergo vinea fuit dilecto nostro Christo, quam cum primum mundum ingressus est, in matre sua elegit: haec vineam seipsum fortis clausura, qua Maria ab omnium hominum se sequestrabat aspectu, ita ut ab angelo nominis in penetralibus domunculae suae reperiretur, ut ait d. Ambrosius (*super c. 1. Luc.*). Ex hac vinea offensionis lapides amovit dilectus, auferens ab ea omne opprobrium, et maledictionem, qua virginis in populo hebraeo afflicto seabant: ut autem vinea ista ab his, quae illam demoliri student, custodiri posset illaesa, aedificavit in ea turrim, dum Verbum caro in ea factum est. Haec fuit et turris fortitudinis a facie inimici, ut davidicis verbis utar, perpetuam eius conservans virginitalitatem.*

Ad haec insignis est locus Cant. 7. aperte Marianam virginitalitatem indicans: *Iuncturae femorum tuorum sicut monilia, quae fabricata sunt manu artificis: per iuncturam femorum virginis uteri clausuram designat: sicut enim divisio femorum lasciviam portendit, iuxta illud Ezechielis (cap. 16.): Dreisisti pedes tuos omni transeunti, et multiplicasti fornicationes tuas; ita iunctura, seu coniunctio femorum virginitalitatem designat: unde verbum hebraeum *Hanak*, quod correspondet latino *iuncturae*, significat orbem, vel circumulum, quem constat nullibi habere divisionem, et undique esse clausuram. Confirmat idem comparatio illa monilia: sicut monilia, quia, ut auctor est d. Ambrosius (*ser. 17*), monile erat torques, qui triumphantis collo appendebatur; constat autem torquem orbicularis figurae esse, ex nulla parte apertum: quia tamen insigne hoc virginitalis donum, quod in Maria tantopere fulsit, non fuit monile a Mariae industria fabricatum, sed coelitus collatum, ideo addidit, quae fabricata sunt manu artificis: quia manus illius summi artificis divinae gratiae operatione illud elaboravit. Addit autem Alanus, nobilis auctor, in commentario huius loci per *iuncturam femorum* intelligi connexionem virginitalis corporalis cum mentali; vel, ut aliis placet, concordiam virginitalis cum maternitate: verba illius haec sunt: *Femora solent esse generationis signa: iunctura autem femorum nihil aliud intelligitur, quam concordia duarum foecundita-**

*tum, quae fuerunt in Virgine, una mentis, et altera ventris. Et haec iunctura fuit sicut monile, id est, habuit secum duplicem contem, virginitalitatem carnis, et virginitalitatem mentis. Per monile solet notari castitas: monile enim solet apponi pectori ad ornandum, et in castitatis signum; unde dicitur monile, id est, monens castitatem: est ergo signum: Iuncturae femorum tuorum sicut monilia, id est, sicut tu praedita es duplici foecunditate, ita duplici virginitalitate. Est autem observandum ad huius explicationem, Marianam virginitalitatem non esse instellarum virginium, sed puriorem, et excellentiorem, ac omnis illecebrae carnis expertem; et ideo continuo addidit illa alia verba: *Umbilicus tuus sicut crater tornatilis: quorum tam praeclearam, quam ingeniosam expositionem reliquit nobis Rupertus Abbas (super cap. 7. Cant.):* *Ista laus tua, o libera Synamitis, opocita est ancillae vituperationi, quam apud iam dictum habemus his verbis: et quando tua es, non est praecipuus umbilicus tuus, et aqua non es lota in salutem. Quibus utique verbis lazaricae superfluitatem vituperat; quia viris quidem in lumbis, foeminis autem in umbilico lazarica est, testante Domino, qui de diabolo loquitur ad b. Iob: Virtus eius in lumbis eius, et potestas eius in umbilico ventris eius. Igitur umbilicus tuus crater tornatilis quid est, nisi ac si diceret, perfecta est in te virtus castitatis, et liberata es ab omni carnalis appetitu voluptatis? Parum quippe fuisse ad laudem verae virtutis dixisse iuncturae femorum tuorum sicut monilia, nisi istud addideret, umbilicus tuus sicut crater tornatilis, nunquam indignus potens, quia scilicet illo praecedenti versiculo solum denegatur opus sine affectu carnalis commercii; isto autem sequenti, appetitus quoque cogitationis, qui si inesset, nunquam veraciter diceretur, umbilicus sic praecipuus, immo et circumcinctus, ut crater tornatilis; neque adderetur adhuc, nunquam indignus poculis. Quidnam est umbilicum non indigere poculis, nisi non vni vel sitire per appetitum libidinis. Tanta igitur fuit Mariae virginiae puritatis excellentia, ut idem locus, in quo in aliis virginibus carnis concupiscentia ardet, in Virgine, quae Deum, et hominem genuit, sedes libidinis non fuit, sed sanctitatis, non obscenitatis, sed honestatis, non turpitudinis, sed decoris, unde nihil unquam pudendi motus experta fuit: nec illud Pauli (Rom. 7) sibi usurpare poterat: *Video animam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae: unde Alanus (praecipit. loc.) dixit: In Virgine Deum parturam locus ille ab initio singulari quadam gratia consecratus erat, in membris autem aliarum virginum non ita: nempe, in illis ignis concupiscentiae contra quem assidue dimicant, vicit usque ad finem vitae, et solum virginitalis bono, innoti mali violentos motus patiuntur. Ita ergo in illis est virginitalis salve, ut tamen non sit satis pura: ita expertis corruptionis, ut tamen non sit immunis a sordibus malae titillationis.***

Frequenter etiam antiqui Patres, praecipue tamen Rupertus, verba illa sponso (*Cant. 7*): *Horius conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, hortum vocat coelestem spon-*

sum, Mariam propter foecunditatem, conclusum propter virginitalitatem: itaque hortus fuit, quia mater, conclusus, quia virgo; hortus vero conclusus, quia mater pariter, et virgo. Dignum miraculum, quod frequenter inculcetur; subiunxit: *fons signatus, sigillo scilicet virginitalis perpetuae, ut exponit Guilielmus (super c. 1. Cant.), habente imaginem sponsi coelestis de quo s. Apoc. dixit: Annulo suo subharavit me Iesus. Verum si a sponso vocatur Maria fons signatus, et clausus, quomodo infra appellatur ab eodem: fons hortorum, puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano? si enim est fons clausus, quomodo aquae fluunt ab ea? Et si aquarum suarum avara, illas in se conclusas retinet, quo pacto dicatur ab illa fluere, et communicari. Voluit certe Spiritus sanctus significare in Maria maternitatem cum virginitalitate coniunctam esse; unde primo vocat eam fontem clausum, alium de aquas non recipientem, quia ex virili semine non conceperat; ecce virginitalitatem: vocat deinde eandem hortum aquarum fluentium, quia peperit Christum Dominum: fontem aquae vivae salientis in vitam aeternam; ecce foecunditatem. Vel aliter: clausus puteus erat b. Virgo, quia virgo nunquam patuit, ipsa dicente: *Quoniam virum non cognosco; aperta autem, et patens Spiritus sancti virtuti illam foecundantem, iuxta verba angeli: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: unde sicut concillium ex parte inferiori omnino clausum est, ne terrestrem humorem sugat, ex parte vero superiori apertum est, ut coelestem influxum recipiens preliosam margaritam in se concipiat; non secus in Deipara Maria inferior portio animae eius clausa erat omnino non solum libidinis, sed et omni terrestri affectui, portio vero superior eiusdem coelestibus imbribus, ac divinis Spiritus sancti influxibus patebat, quibus ipsa plena, et locuple-tata copiose Ecclesiam catholicam irrigat. Recte ergo fontem signatum, et puteum aquarum viventium, quae fluunt de libano, illam vocat. Facile ad idem secundum expositionem Rupertii alii alius clausum locus (c. 4): *Duo ubera tua sicut duo hinnuli caprae gemelli, qui pascuntur in liliis. Scio doctores in variis abissi- se sententias in expositione horum verborum: quidam enim per duo ubera intelligunt velus, et novum testamentum, quibus Ecclesia lac suae doctrinae fidelibus propinat. Alii per duo ubera intelligunt duas tabulas legis mosaycae; alii amorem Dei, et amorem proximi significare autunt; alii ad virginem illa referentes aiunt, per duo ubera denotari duplicem eius maternitatem, primam naturalem respectu Christi, secundam spiritualem respectu fidelium, quos in filios adoptavit. Sed melius Rupertus (super c. 4. Cant.) nostro argumento inserviens operatur per duo ubera intelligi virginitalitatem Deiparae cum foecunditate coniunctam; unde eleganter dixit: *Nulli unquam foeminae contigit, ut isdem uberibus lactet flumem, et virgo permaneat, et sola utrumque gratiae tantae donum apprehendat.****

Ad haec sub nomine Melchisedech, sub quo Christum Dominum intelligi unanimis est om-

num Patrum sententia, quam verba Davidis satis confirmant (*Psal. 109*): *Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech: nec non et d. Pauli (ad Hebraeos) scribens, arcanum natalitatis illius ex matre virginis delitescere, ut auctor est d. Gregorius Nazianzenus (ser. 38); qui affirmat Christum Dominum in natalitate sua factum fuisse integrum Melchisedech, quia, ut auctus satis adnotavit ibidem Niceas eius interpres, Filius Dei ante incarnationem erat semi-Melchisedech, quia licet ex patre, non tamen ex matre processerat; cum vero homo ortus est ex muliere, integrum Melchisedech factus est, utpote qui sine matre in aeternitate, sine patre in tempore genitus est. Sicut ergo, ut fingebant antiqui, Minerva ex Iove patre absque matre, et Mars ex matre sine patre; ita non fiet, sed veracissime Christum confitemur ab aeterno sine matre, et in tempore absque humano patre natum. Unde Franciscus Georgius (*in harmon. mundi cant. 2. tom. 6. c. 7*) adnotavit, nomen *Iesus* componi ex illis duobus nominibus *Iehova*, et *Miriam* ad significandum Christum Dominum esse ex *Iehova* sine matre, et ex *Miriam* sine patre; cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

## HOMILIA XII.

*De integerrima Deiparae Mariae virginitalitate pulchra, et solida ex praeiorum Patrum selectioribus monumentis contextur catena, quae ob singularem eruditionem, ac uberimam conceptionum animi copiam, non poterit legenti non utilis esse pariter, et jucunda.*

Illud sane non leve, imo irrefragabile argumentum esse arbitror adversus haereticos, quod omnes sancti Patres, nullo dempto, unanimi consensu, Mariae virginitalitatem nunquam violatam constanter asseverant, quos inficari vellemus summa temeritas, perfricatae frontis iudicium, excerranda inverecundia, immo apertissima fatuitas et amentia est: maxime Christo Domino ad illos dicente (*Matt. 10*): *Nec enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Primum ergo huius catenae anulum apponat divus Cyrillus Ierosolimitanus (catech. 18), qui perdocte, ac erudite adversus Deiparae Mariae virginitalis infestissimos hostes in hunc modum invenitur: *Perquire, utrum sit difficultus, senem et sterilem, multiebrum iam deficientibus, parere, aut virginem invicem generare? sterilem erat Sara, et deficientibus iam muliebribus, praeter naturam peperit. Igitur cum et sterilem, et virginem parere, sit praeter naturam, aut utrumque nega, aut utrumque concedo: idem enim Deus utrumque operatus est. Neque enim audebis dicere, quod illic quidem possibile, hic autem impossibile est Deo. Et rursus: Quae natura manum hominis non habet in diversis species mutare potest, et rursus restituere? quomodo igitur Moyses manus sicut nix alba apparuit, et rursus statim albedine illa destituta est? Sed dices: quia**

Deus voluit, mutata est. Illic Deus volens potest; hic autem nunquid non potest? ac illud quidem signum ad Aegyptios tantum, hoc autem datum erat signum universo orbi. O Iudaei, utrum autem erit difficilis est, virginem parere, aut virginem in animal mutari? Conflentini, quod tempore Moysis relictissima virga serpentina specie facta est, et horrenda fait etiam proficiunt illam. Et qui ante tenebat virginem, paulo post fugiebat illam tanquam draconem. Revera enim draco errat, fugiebat autem non metuens, id quod tenuit, sed timens mutatum. Dentes habuit virga, et draconis oculos: de virga itaque oculi pullularunt, et de utero virginis puer non nascitur, Deo volente? Taceo hic, quod et virga Aaron, quod reliquae arbores per annos plures faciunt, hoc per unam noctem fecit. Quis enim nescit, quod virga cortice destituta, etiam in mediis fluminibus plantetur, nunquam floreat? Sed cum Deus non naturam arborum sequatur, verum naturae esse fatur, etiam infructuosa siccae virga, et sine cortice effloruit, et nucum fructum protulit. Qui igitur virgae propter typicum summum sacerdotem, praeter naturam fructum contulit, nunquid Virgini, ut verum sacerdotem summum pareret, hoc non conferret? o doctissimi Iudaei, inquit, unde Adam factus est? Nonne Deus accepit pulverem de terra, et creavit creaturam hanc admirandam? Quid igitur? lutum quidem in oculum malarum, et virgo non generabit? quod apud homines maxime est impossibile, nunquid Deus praestare non poterit?

D. Chrysostomus (in Hipopanti Domini), cognomento os aureum, inter alia multa quibus perpetuum Dei Genitricis probat virginitatem, haec nobis contestata reliquit: Ancilla est Deipara, virgo est, et mater. Nemo hic ambigat, ac dicat, quomodo si Dei ancilla est Maria, Dei quoque parens est? fide, o homo, quae dicuntur, apprehende; crede, inquam, et aeterni noli perquirere. Alioquin si duntaxat ratione assequeris, quae credere volueris, cave ne in periculum te ipse conicias. Si vero verbi internumeto, et Ecclesiastici fidem adhibueris, non ut rationem de fide tua, sed Antistes redditurus est. Crede igitur his, quae de virgine a nobis dicuntur, neque dubites eandem, et Dei ancillam, et Dei parentem, tum rursus virginem, et matrem profiteri. Ancilla quidem est, quia vera illius, qui ex ipsa produit, creatura, Deipara est, quod quidem Deum ipsum, qui carnem ex ipsa suscepit, unica Virgo est, utpote omnis virilis seminis, omnique concubitus experta: ac mater est, denique, quod parens eius effecta sit, quae absque principio ab ipso parente suam habuit generationem.

Divus Leo Papa (ser. 2. de Nat. Dom.), qui adversus haereticos frequenter rugiebat, sic de Mariae virginitate loquitur: Humano usu, inquit, et consuetudine, quod credimus, caret; sed divina potestate subnixum est, quod virgo conceperit, et quod virgo pepererit, et virgo permanserit. Non hic cogitatur parentis conditio, sed nascens arbitrium, qui sic homo natus est, quia voluit, et poterat.

Eusebius Emisenus (hom. de Nat. Dom.), celeberrimus inter antiquos scriptor, sic Marianam

virginitatem extollit: Ecce abaque ullius seminis incremento de intacta ac rudi terra focundum germen ascendit, et de radice mortali vitae arbor effloruit, et saluberrima propago nullo plantante processit. Obstupescit natura verum, virgo procreat sobolem, nullum procreandae sobolis experta consortem, et vitam homini per unius confertur ministerium munus duorum. Creator ex creatura nascitur, et fructum ventris sui mater inuipia miratur, ac foemina auctoris sui auctor efficitur. Quid primum mirer, quidque postremum? quod sine conceptu est collata fecunditas? an quod per partum magis est glorificata virginitas? sed non miram, si illi peperit: talis erat ille, cui nupserat: ait enim Angelus stupenti Mariae: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ecce praebitura Deo nascenti corporis sui habitaculum, prius mente efficitur Dei templum.

Chrysippus (de virgin. Deip.) Virginem appellat solis ortum in haec verba: Ase solis ortus, qui nullum ferre potes occasum: soli oriens orientem non inficit atrore, sed decorat splendore; ita Christus oriens orientem suum, id est Virginem, ex qua est ortus, non inficit corruptione, sed illustravit admirabili in partu virginitalis conservatione.

B. Petrus Damianus (serm. 3. de Nativ. Mariae): O mirabiliter focunda virginitas, quae noco, et inaudito miraculo, et mater dici possit, et virgo. Qui toto mundo non capitur, quaelae inuipiae membrum infunditur. Sentiebat quidem pondera ventris, quae pudorem non amiserat castitatis. Mirabatur partus insignia, quae nulla viri noverat contagia: erat spes in partu, cum non fuisset voluptas in coitu. Inmensum concepit, aeternum genuit, genitum ante saecula parturivit, qui sibi, et munus focunditatis attulit conceptus, et decus virginitalis non abstulit natus.

D. Gregorius Nazianzenus de Christo patiente carmina graeca edidit, quae latino sermone translata refert Canisius (lib. 1. de Deip. cap. 4):

Libidinis aversor, ut nec verbulo  
Andree pictura, nec cas feram aspicerem,  
Spernendo siquidem haec virginem animum pos-

Testem facio, quem latere potest nihil, <sup>(sideo.)</sup>  
quam ulla

Placuit, nec animum coepit Venus.

Sed et alia in hunc modum scripsit:

Virginis ab auro prodiit matris sine  
Clansoque surgens, sepulcro exit velat antea  
Infraeto, servans claustra quam castissime.

D. Hieronymus (lib. 1. adv. Iovin. t. 2) haec scripsit: Hortus conclusus, fons signatus, soror mea sponsa: Quod clausum est atque signatum, similitudinem habet Matris Domini, matris et virginis, et tamen haec virgo perpetua nullarum est mater virginum: et infra apologia adversus Iovinianum eundem locum explicans: Hortus conclusus, ait, Maria, fons signatus, de quo fonte ille fluvius manat iuxta Ioc, qui virgital torrentem spinarum, quae suffocant semen-

tem patrisfamilias. Haec est porta Orientalis, ut ait Ezechiel, semper clausa, et lucida, aperiens in se, vel ea se profertis sancta sanctorum, per quam Sol iustitiae, et Pontifex noster ingreditur, et egreditur.

D. Gregorius Nyssenus ea quae solet eloquentia praeconia Deiparae decantans (ser. de sancta Christi nativitate) inquit: Ecce Virgo concepit, et pariet filium. O miraculum ingens! Virgo mater fit, et virgo permanet, et nec virginitas partum prohibuit, neque partus virginitatem solvit. Decebat enim, cum, qui propter integritatem initium faceret ab ea, quae nativitali eius inseriret, integritate, atque incorruptibilitate. Hoc miri longe ante per eam, quae et per lumen facta est, Dei apparitionem, magnum ille Moyses animodoverisse videtur, cum ignis accenderetur ex rubo, et rubus conflagraret, nec consumeretur: Transiens, inquit, videbo visionem hanc magnam. Non de loco ad locum, opinor, sed ad illud tempus transgressionem referens. Cum enim quod intercessit medium tempus transiret, id quod nunc in flamma ac rubo per figuram significabatur aperte in eo, quod in virgine contigit, mysterio revelatione est: ut enim illic fructus et incendit ignem, non crematur; itidem etiam hic virgo, et lumen parit, et pariendo non corrumpitur.

D. Bernardus (hom. 2. super Missus) ait: Et nomen Virginis Maria. Maria maris stella dicitur, et hoc nomen matri virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namque aptissime sideri comparatur, quia sicut sine sui corruptione sidus emittit radium, sic absque sui laesione virgo parturit filium; nec sideri radius suam minuit claritatem, nec virgini filius suam integritatem. Et (ser. 7. de verbis Apocalypsis): Fulget etiam novus ille conceptionis modus, ut non in iniquitate, sicut aliae mulieres, sed superveniente Spiritu sancto verum Deum, et Dei filium genuit, ut idem ipse Dei, atque hominis filius, unus omnino Deus, et homo prodiret ex Maria: abyssus est luminis, nec facile dixerim, quod vel angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiam non caliget. De cetero sane et virginitalis carnis, et propositum virginitalis, et ipsius quoque propositi necitas vehementer illustrat, ubi vero in promissione filii manifestum virginitalis periculum videbatur, non potuit ultra dissimulare, quin diceret: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? merito proinde et illam meruit benedictionem, et hanc non amisit, ut longe gloriosior fiat et virginitas ex focunditate, et ex virginitalitate focunditas, ac mutuis sese radiis illustrare haec duo sidera videantur.

Idem etiam d. Bernardus (serm. 4. in Assump.): Unum est, inquit, nec primam similem visam est, nec holere sequentem, gaudia matris habens cum virginitalis honore. Optimam partem elegit sibi Maria, optimam plane, quia bona focunditas coniugalis, melior castitas virginialis, prorsus autem optima focunditas virginica, seu focunda virginitas. Mariae prietilegium est, non dabitur alteri, quod non auferetur ab ea: singularis est, sed continuo etiam indicibile invenitur, ut nemo assequi possit, sic nec eloqui quidem. Quid si, et illud

adicias: cuius mater? quae iam poterit lingua, etiam si angelica sit, dignis extollere laudibus virginem matrem? matrem autem non cuiuscumque, sed Dei.

D. Epiphanius (haeres. 78) haec eleganter in idem argumentum scripsit: Quis unquam, aut quo saeculo ausus est proferre nomen s. Mariae, et interrogatum, non statim intulit Virginis vocem? ex ipsis enim nominibus epithetis, etiam virtutis signa fluent: dignitates enim appellationum acceperunt iusti, uniusquodque decem, ut congruum fuit: et Abraham quidem impositum est epitheton, amicus Dei, et non dissolvetur: Iacob vero, ut Israel vocetur, et non alterabitur; Apostolus Boanerges, hoc est, filii tonitru, et non relinquatur; s. Mariae vocat, Virgo, et non mutabitur, impolluta enim permansit, et sancta.

Antiquissimus item Petrus Ravennas, cuius verba refert D. Ildephonsus (lib. de perp. virg. s. Mar.), et eius partuitione haec memoranda valde scripsit: Non te conceptus turbet, non te partus confundat auditus, virginitas quidem quod est humani pudoris excusum. Quae hic recurrendae laesio, ubi inicitur civitas cum amica sibi semper integritate consortium? ubi est interpres angelus, fides promulga, desponsatio castitas, dotatio virtus, iudex conscientia, causa Deus, conceptus integritas, virginitas partus, virgo mater. Ac deinde in eodem: Stulte, unde sordes in virgine matre, ubi non est concubitus cum homine patre? unde sordes in ea, quae nec concipiendo libidinem, nec pariendo est passus dolorem? Unde sordes in domo, ad quam nullus hospes accessit, sed solum in eam fabricator Domini venit? vestem quam non habebat induit eam, quia sicut inventi, clausam reliquit? et sicut ille natus, est solus inter mortuos liber, sic istius, ex qua natus est, matris pudor, solus integer est. Et ideo nemo vestrum iudicet humano modo, quod divino geritur sacramento: nemo quod singulare est, ullo metatur exemplo.

Origenes (homil. 1. ex veris tom. 3) exponens verba illa Matthaei: Cum esset desponsata mater Iesu Maria lo eph, inventa est in utero habens de Spiritu sancto, ait: Mater eius, mater immaculata, mater eius, cuius eius? mater Dei unigeniti, Domini, et regis omnium, plasmatioris et creatoris unctorum: illius qui in coelis est sine matre, et in terra sine patre. O magnam, et inenarrabile sacramentum! ipsa eodemque virgo, ipsa et mater Domini, ipsa et genitrix, ipsa eius ancilla, plasmatior eius, ipsa quae genuit. Et quis cogitare potuit, ut mater virgo esset, et intacta generaret, quae et virgo permansit, et genuit? Sicut enim quondam rubus comburi videbatur, et ignis eum non tangebat; et sicut tres pueri in camino ignis inclusi habebantur, et tamen eos non laedebat incensus, nec odor fumi erat in eis; et quomodo modum Danieli intra lacum leonum incluso claustris non apertis, altatum est prandium ab Habuac; ita et haec Virgo sancta genuit Deum, sed intacta permansit: mater effecta est, sed virginitalis non amisit.

Origenes explicans verba illa (Matth. 23): Ut

veniat super vos sanguis iustus, qui effusus est etc. usque ad sanguinem, inquit: Zachariam dicit patrem Joannis Baptistae, de quo per canonicas Scripturas ostendere non possum, quod scribae, et pharisaei interfecerunt eum inter templum, et altare; sed venit ad nos quaedam traditio talis, et quasi sit aliquis locus in templo, ubi virginibus quidem consistere licet, et orare Deum. Experite autem thorum virilem non permittentur in eo consistere. Mariam autem, postquam genuit Salvatorem, ingrediens adorare, stetit in illo virginitate loco; prohibentibus autem istis, qui nocerant eam iam filium genuisse, Zacharias stetit, atque dixit prohibentibus eam, quoniam digna est virginitate loco, cum sit adhuc virgo. Ergo manifestissime Zachariam adversus legem agentem, et in loco virginitatis permittentem stare mulierem, occiderunt inter templum, et altare Iudaei. Hanc eandem historiam docet Basilius his verbis: Haec historia ex traditione ad nos usque pervenit. Zacharias Mariam post Domini conceptionem in virginitate loco constitutus, a Iudaeis inter templum, et altare interfectus est: a populo namque accusatus, quod rem prodigiosum, inauditanque praedicaret, virginitatem videlicet parientem citra virginitatis corruptionem.

Eandem etiam historiam reperio apud d. Gregorium Nyssenum (ser. de sancta Christ. nat.). Sed iam d. Ambrosium audiamus (epist. 8) dicentem: Quid incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, et virgo permanet, quando contra usum naturae mare vidit, et fugit, atque in fontem suum fluentem Jordanis reanarum? non ergo excedit fidem, quod virgo peperit, quoniam legitur petram vomuisse aquas, et in montis speciem maris unda solidata est: non ergo excedit fidem, quod homo exivit de Virgine, quando petra pro fonte fluxum scaturiens, ferrum super aquas natavit, ambulavit homo super aquas; ergo si hominem unda portavit, non potuit hominem virgo generare? Et (lib. de institutione virginis cap. 7) incidens in locum Ezechielis 44: Porta haec erit clausa, inquit: Quae est haec porta, nisi Maria? ideo clausa, quia virgo: porta igitur Maria, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginis iustus est partu, virginitatis claustra non solvit, sed inviolata integritatis duravere signacula, cum exiret ex virgine, cuius altitudinem mundus sustinere non possit.

Et d. Maximus (homil. 3. in natal. Domini): Non putes, ait, nocum hominem in alvo virginis Deum potuisse formare, qui cum primum conderet hominem, nec semen patris, nec viscera materina quaevisit: dic itaque, quicquidque es supernae dispensationis arbiter, et discussor, quae tibi videtur virtus eminentior, partum dedisse virgini, aut perfectum hominem creasse de terra? Primum enim homo, ut ait Apostolus, de terra terrenus; secundus homo, de coelo coelestis: Contraria horum esse contendis, quod in mysterio redemptionis nostrae sine viro puella asseritur conceptio. Cuius quaevis naturae est, quod in parente generis nostri caro sine carne formata est? quae est illa ratio, immo quam coeca contentio, ut non credatur Deum hominem facere posse de foemina virgine, quem creditur

fecisse de pulvere. Si omnipotentis o homo tibi in negotio esse perspicis, cur de opere tractas? omnia enim sicut legitur, Dominus, quae voluit fecit in coelo, et in terra: et (homilia 2. de cruce et sepultura): Uterum virginis comparat sepulchro Christi, in quo nondum positus quisquam fuerat: estque non parva similitudo inter haec duo, cum et Maria virgo, et sepultura Christi virgo extiterit, siquidem nondum in ea quicquam positus fuerat: et sicut a sepulchro lapide illaeso exiit Christus, ita ex utero matris illaesa virginitate prodixit: et sicut sepulchrum signatum est, ita et uterus Mariae signatus fuit signaculo, et sigillo virginitatis, et ideo Maria: Hortus conclusus, et fons signatus dicitur.

D. Fulgentius (ser. de laud. Mar.) haec scripsit: Qui dirupta corporum membra in aliis poterit integrare tangendo, quanto magis in sua matre, quod invenit integrum, potuit non violare nascendo? Crevit enim eius partu integritas potius, quam decrevit, virginitas ampliat est potius, quam fugata. Et (lib. 4. de fide ad Petrum cap. 2): Quia in conditione generis humani, quae de solo viro facta est, contigit, ut mortis vinculo teneretur obstructi, hoc in redemptione humani generis divina bonitas egit, ut per virum, qui de sola muliere natus est, vita hominis redderetur. Illic humanam naturam nequissima deceptio sibi diabolus in peccati similitudinem sociavit; hic Deus humanam naturam in unitate personae suscepti: ibi foemina decepta est, ut fieret filia diaboli; hic virgo gratia recepta est, ut fieret mater summi, atque incommutabilis unigeniti Dei: ibi angelus delectus per superbiam seductae mulieris animum oblituit; hic Deus humilians se per misericordiam, incorruptae virginis uterum ex ea nasciturum implevit.

D. Cyprianus (1. contr. Iud. cap. 9) ait: Non aliqua naturae iniuria matrem Domini laesi, quoniam sine tormento peperit, cum in conceptione caruit voluptate: ultra maturus ab orbore bantula fructus elapsus est, nec oportuit vellitari, quod sponte prodibat.

D. Augustinus (se. 14. de nat. Dom.): Ipsa, inquit, lex sine graphio scripta est in tabulis lapideis. Lege, et intellige, quod panem in eremo terra produxerit, cuius semen nullum induxerit arator. Virga etiam Aaron annis plurimis stercata in templo floruit, nubes producit: ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stylo ferro, et ipse gravidavit Mariam Spiritu sancto; et qui produxit panes in eremo sine aratore; ipse praegnantem virginem reddidit sine corruptione; et qui fecit virgam sine humore folia germinare, ipse fecit filium David sine semine. Et (in ser. in Dominica ante natale Domini) ait: Dicit mihi Iudaeus incredulus, quomodo arida virga floruit, et frondavit, et nubes protulit; et dicam illi, quomodo virgo conceperit, et pepererit. Idem August. (serm. 63. de nativitate Christi) ait: Maria mater Christi electa est, super omnes creaturas, et praeclecta, ut de mundissima matre mundissimus nasceretur filius, quia sicut in coelo habuit Christus patrem immortalis, et incorruptibilem, sic et in terra habuit matrem, omni corruptione carentem. Et (lib. 1.

de mirabilibus sacrae Scripturas cap. 2) dicit: Contra cunctorum hominum conceptionis consuetudinem, absque viri semine, et carnalis oblectamento voluplati, Virgo concepit, et sine damno virginitatis peperit. Et alibi (l. 4. de symb. ad Catechumen.) inquit: Alvus tumescit Virginis, claustrum pudoris permanet; impletur uterus matris sine ullo complexu patris: sentit prolem, quae se ignorabat coniugem. Angelus ad Virginem loquitur, a Virgine cor preparatur, Christus fide concipitur. Miraris haec? adhuc mirare: parit mater, et virgo foeta, et intacta: nascitur filius sine homine patre, qui fecit et ipsam matrem. Ac tandem (super Psal. 21) perlepidè dixit: Quare vermis? quia mortalis, quia de carne natus, quia sine concubitu natus. Quare non homo? quia in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

B. Irenaeus Lugdunensis (lib. 3. c. 31) eleganter dixit: Quenamodum Adam protoplastus de rudi terra, et adhuc virgine, nondum enim pluerat Deus, et homo non erat operatus terram, habuit substantiam, et plasmatus ex manu Dei, ita receptulans in se Adam ipse, Verbum existens ex Maria, quae adhuc erat virgo, recte accipiebat generationem Adae recapitulatiōis. Et (lib. 5. contra haereses circa medium) ait: Quenamodum Eva seducta est per angelum, ita et Maria, ut portaret Deum, evangelizata est per angelum; et sicut illa seducta est, ut effugeret Deum, sic haec suasa est obviare Deo, ut virginis Evae virgo Maria ferret advocata: et quemadmodum adstrictum est mortis genus humanum per virginem, solvitur per virginem.

Tertullianus Carthaginensis (li. de carne Christi), paulo post medium, inquit: In virginem Evam irreperat verbum aedificatorium mortis, in virginem aequè introducendum erat Dei Verbum aedificatorium vitae, ut quod per huiusmodi seram abierat in perditionem, per eundem seram redigeretur in salutem. Crediderat Eva serpentem, credidit Maria Gabriel: et quod illa credendo deliquit, haec credendo delevit. Sed Eva nihil tunc tale concepit in utero ex diaboli verbo: Immo concepit; nam exinde, ut abiecta pareret, et in doloribus pareret, verbum diaboli semen illi fuit. Enica est denique diabolus fratricidam, et contra Maria est edidit, qui carnalem fratrem Israel interceptorem suum salvum quandoque praestaret. In cultum ergo Deus verbum suum detulit bonum fratrem, ut memoriam mali fratris eaderet. Ad calcem etiam libri de Mariae perpetua virginitate disserit, et libro de virginibus velandis, contra Ebionem disputat doctque ibidem, mulierem etiam posse Virginem significare Mariam: Quam, ait, virginem utique constat fuisse, licet Ebion resistat. Agnosce et angelum Gabrielem ad Virginem missum, sed cum benedictam inter mulieres, etiam virginem deputat: Benedicta tu inter mulieres. Sciebat et angelus mulierem, etiam virginem dici. Quod si ex virgine natus est Christus, licet ex desponsata, tamen integra, agnosce mulierem, etiam virginem, etiam integram dici. D. Leo Papa in eam singularem incidit cogitationem (serm. 5. de nat. Dom.), ut putaret, quod mirandus Christi ortus ex Virgine nobis in hoc quoque prosit, ut

sacri baptismatis admoneamur, ac pulchram eius velut imaginem admirandam habeamus: verba eius sunt haec: Originem, quam sumptus Christus in utero Virginis, passit in fonte baptismatis. Dedit aquae, quod dedit matri: virtus enim Altissimi, et obumbratio Spiritus sancti, quae fecit, ut Maria pareret Salvatorem, eodem facit, ut regeneret unda credentem. Omni homini nascenti aqua baptismatis est instar uteri virginis, eodem Spiritu sancto replente fontem, qui repleret et virginem, ut peccatum, quod ibi vacavit conceptio, hic mystica tollat ablutio.

Beatus Guericus Abbas, qui tempore d. Bernardi mirifice floruit, multa in hoc genere argumenti eleganter, et erudite prosequens est, quae prouide ad locupletandum hanc auream catenam hic adiungenda duxi: loquens ille (serm. 2. in Annuntiatione de conceptu Christi in utero virginis) ait: Ab hoc ergo dicit Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster, Deus factus, quia hodie est Domini assumptio nostra, ut inhabitet gloria in terra nostra. Prorsus hodie benedixisti Domine terram tuam illam, benedictam in mulieribus. Hodie adisti benedictum Spiritus sancti, ut terra nostra daret benedictum fructum ventris tui; et rostantibus caelis desuper, uteris virginis Salvatorem germinaret. Maledicta terra in opere praecarioris, quae etiam exercitata, spinas et tribulos germinat haereditis maledictionis; at nunc benedicta terra in opere redemptoris. Quae remissionem peccatorum, fructumque vitae parturit universis, et filius Adae praevindicatio originalis dissolvit maledicti. Prorsus benedicta illa terra, quae omnino intacta, nec fossa, nec seminata, de solo rore coeli Salvatorem germinat, et mortali panem angelorum, alimoniam vitae aeternae ministrat. Haec itaque terra, quae inculta erat, videbatur esse deserta, sed erat optimo fructu referta: videbatur esse eremus solitudinis, sed erat paradisi beatitudinis. Plane hortus deliciarum Dei: haeremus, cuius campi germinarentur gemens odoris; plane desertum refertum, de quo Agnus dominatorem terrae Pater emisit. Emitte, inquit, Agrum, Domine de terra deserti; id est, abscede petram de petra, sanctum et inextinguibilem sancta et inviolata proferat virginitas. Sane in hoc ipso satis decenter Christi occasus ortus, sepultura respondet conceptioni: dum videlicet emittitur Agnus de petra deserti, condendus in petra monumenti, et eius corpori monumentum accidendum erat in petra, ipse ab initio conceptus sui, et corpus sibi excaudit de petra, et corpori locum in petra; sic integritatem petrae, cum de ea emittitur, non imminuens, sicut nec signatam sepulturae petram, cum de ea egredieretur, aperiens. Si ergo petra Christus, ut ait Apostolus, non degenerat a matre filius, quando et ipsa petrae nomine censetur. An non recte vocatur petra; quae et in amorem integritatis, proposito firma, affectu solida, sensu quoque ipso adversus illecebram peccati tota insensibilis erat, et lapidea? An non recte petra virginis integritas, quae et nihil parit per naturam sui; et cum parit roris virtute dicitur, nec admittens conceptum, nec emittens partum, novit aperiri? Sed aperiatu- ter-

ra, inquit Isaias, aperiat, et germinet Salvatore. O senex Isaias, quid dicis, aperiat: quid ergo est, quod Dominus ad Ezechiel testatur: Porta haec clausa erit, et non aperietur? An tibi reservatum fuit tantummodo consilium foecundandae matris, et clausum tibi mysterium clausae peremeritae integritatis? Absit, inquit: nemo magis, quam ego conscius huius secreti. Quomodo enim me latuisset perpetuae virginitatis mysterium, et pariet filium? Quaevis igitur, quomodo dicamus vere, aperiat, si illa, non aperietur? Non aperietur Ezechiel: vir non ibidem ad ipsum dicitur Ezechiel: vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam? Aperietur autem Dominus non virginitalis integritas corporis, quia sicut Ezechiel post praedicta subdidit: haec clausa erit ipsi etiam principi, sed aperietur auris, et porta cordis, quia videlicet intravit per aurem Virginis Verbum incarnandum, et exivit per clausum portam corporis incarnatum. Pone me, inquit, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Iesus quippe impressus in corde, expressus in opere: sigillum plane, et monumentum est inviolabile castitatis sponsae suae, et eo ipso quo se imprimi per imitationis formam, imponit etiam incorruptionis custodiam. Sit ergo, o Virgo, fidelis auri tua aperta ad audiendum, et mens tua ad credendum: auribus percipe verbum angeli, et corde suscipe Verbum Altissimi, et corpore concipe Filium Dei. Dic et tu, o beata, tam humilis, quam fidelis. Dic: Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abi: Ecce ancilla Domini, praesto sum eius voluntati, quinimo iurebo votis, si possum: fat nihil secundum verbum tuum.

Rursus idem Guericus Abbas (ser. 3. de Ann.): Locutus est Dominus ad Achaz dicens: Pete tibi signum: non petam, inquit, et non tentabo Dominum. O religio prophana, o pietas execranda, o humanitas dolosa! Ne tentes, ut ait, Dominum, contemnis Dominum? Quomodo enim tentares, si fideliter obedires? Nunc autem quomodo non gravius tentas, quem manifesto contemptu irritas? Novimus utique, novimus dotum, et invidiam Iudaicae radicis, quae et antequam Christus nasceretur, incidere coepit gloriae illius. Nam et iste Achaz quantum ex vita, et moribus ipsius intelligi datur, cultor idolorum erat, non alia religione, aut metu signum recusavit petere, cum iuberetur, nisi ideo, scilicet, ne Dominus glorificaretur. Sane nra, et plane digna ira Dei, et hominum, tam dira perversitas Iudaearum, qui cum tubentur signa quaerere, reuunt, non ut fingant, ne tentent, sed ne glorificent Dominum: cum non tubentur, tentant, et quaerunt, et si dantur, calumniantur, et iniuriis contendunt, manifeste confitentur, quia tentantes quaerebant, non ut crederent facienti, sed ut insullarent non facienti. O gens peccatrix, semen nequam, filii scelerati, ait Isaias, nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, mali, et alius prophetis, ino universo generi hominum, quia malestis estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus vobis visum signum. Quia enim vos in perversum, adversum eum inceditis, et ipse ut ait

perversum incedet vobis. Non vultis signum dari, ne glorificetur auctor miraculi: et ipse propter hoc dabit, ut ipse glorificetur, et confundamini. Fac Domine, fac mecum signum in bonum, ut videant, qui me oderunt, et confundantur, ait de Iudaeis ad Patrem filius. Primum autem signum, quod pater, et filius operati sunt in confusionem infidelium, et gloriam fidelium, in testimonium suae virtutis, et opus nostrae salutis, arbitror hodiernum esse Virginis conceptum. Nam de ipso cum praemissum esset: dabit Dominus signum, quasi quaerentibus, quod signum? Intulit contextus prophetae, verbis tamen Evangelistae: Ecce Virgo concipiet, et pariet filium; ut plane aut consequentia, vel veritate contextus careat, aut quod est prohibitum, mendacium Iudaeorum latebram non habeat. Merito proinde cum iam generatio prava, et adultera signum quaerit, signum non datur ei, nisi signum Inae, ut videlicet, quia ob perversitatem mentis non adificatur signo virtutis, scandalizantur signo infirmitatis, triduanae sepulturae, et mortis: nam verbum crucis, et mortis Iudaeis qui perunt, scandalum est; his autem, qui salvi sunt, id est nobis, virtus Dei est: nec minor, aut inferior nobis est filius hominis in corde terrae, quam in consensu paternae delectae. Signum quippe, quod illi recusaverunt, sicut in profundum inferni, sive in excelsum supra, nos fide plena, ac vere ratione devota suscipimus, agnoscentes Filium, quem concepti Virgo; in profundo inferni signum nobis esse liberationis, et veniae; in excelsum supra, signum et spem exultationis esse, et gloriae. Qui enim primum descendit in inferiores partes terrae, et in sanguine testamenti sui extraheret vinculos de lacu, in quo non est aqua, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut adimpleret omnia. Iam levavit Dominus signum primum in patibulo crucis, postmodum in throno regni: et exaltavit signum ad populos nationum, quia contradicium est ei a populo Iudaeorum, et quotidie a quatuor ventis congregat dispersos filios Israel ad hoc signum. O radix Isae, qui stas in signum populorum, super quem iam continent reges os suum. Obstruat etiam os loquentium iudaei, id est, Iudaeorum blasphemantium, qui adhuc signum invocant conceptus tui contradicent, et nec angelo Gabrieli credunt, quod non est impossibile apud te omne verbum. Beata, quae crediti, cui haec ratio satisfecit, et eum quaesivit, quomodo filium susciperet, quae non cognosceret virum, tam de integritate, quam de prole, securam impietas effecit. Quicquid ergo garrat impietas infidelium, nobis concipiat, et pariat Virgo filium: nos quippe signum habemus in bonum, etiam matrem, et filium. Nobis plane mater tota miraculum est, quae singulariter, et sine exemplo mater est, et virgo: nobis filius totus miraculum est, qui non solum singulariter, sed incomprehensibiliter Deus est, et homo. Mater virgo concipiens, et pariens, signum nobis est, quia Deus est homo iste, qui concipitur, et paritur.

Theodorus Ancyrae Episcopus (in oratione de Natali Christi in Conc. Ephes. habita app. 5. cap. 2. tom. 6.) dixit: O Virgo, quae ipsum vicisti deliciarum paradisum! ille namque sine semine omnium plantarum genus prolulit ex virgine ter-

ra, haec autem Virgo, illa terra melior est: non enim pomorum prolulit arborem, sed virga Isae Salvatore fructum hominibus offerentem; et illa terra virgo erit, et ista virgo; sed illius quidem arbores nasci praecipit Deus, huius autem Virginis ipse creator secundum carnem factus est germen.

D. Ildephonsus (I. de virgin. sanct. Mariae c. 1.) alloquens Virginem inquit: Quomodo fiet, quaeris? et de experientia requiris? de ordine sciscitaris? audi inauditum oraculum, considera inusitatum opus attende iustum factum: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Tota invisibiliter Trinitas conceptionem operabitur in te. Sola persona Filii Dei in corpore tuo nascitura, carnem assumet de te; ideoque quod concipietur ex te, quod nascetur ex te; quod prodibit ex te, quod generabitur ex te; quod parturietur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei; erit enim hic magnus, erit hic Deus virtutum, hic rex omnium saeculorum, hic factor omnium rerum. Ecce beata tu inter mulieres, integra inter puerperas, domina inter ancillas, regina inter sorores. Ecce enim ex hoc beatam te dicent omnes generationes: beatam te moerant omnes coelestes virtutes, beatam praedicant omnes vates, beatam celebrant omnes nationes: beata tu fidei nostrae, beata tu animae nostrae, beata dilectionis nostrae, beata proscissis, et praedicationibus meis. Praedicem te, donec praedicanda es, laudem te, donec laudabilis es, servitium tibi, donec servendum est gloriae tuae. Tu enim concipiens solum Deum, postremum sponsa facta es Filii Dei. Tu generans simul Deum, et hominem, genitrix facta es Filii Dei. Quem suscipiendo tantum, tibi hospes est Deus. Credu-la promissionibus angeli, ideo dono foecundata es Spiritus sancti. Genisti Filium imperatoris, quem adorant angeli, Deum in coelis. Si ne consortio virili Dei Filium edidisti, et post foetum illibata mansisti: et post pauca convertens se ad haeresiarcam Iovinianum, his verbis eius petulantiam compescit: Audi quaeo praecipue Ioviniane, corde sopito, fatue praecoraris, cognosce stulle, sensu dice caduce. Nolo pudorem nostrae Virginis corruptum partu caviseris: nolo integritatem generatione decerpas: nolo virginitalatem per exitum nascentis scindas. Nolo Virginem genitricis officio privas, nolo genitricis virginitalis gloriae plenitudinem tollas. Si horum unum confundis, in toto confusus es. Si haec concordantia necis, concordia veritatis ipse privatus es. Si haec discordantia causaris, semper discors iustitiae incenirris; si Virgini nostrae, aut generationem, aut integritatem admis, graudi dedecore Deo inturiam facis. Negas enim valuisse incorruptam servare, quem fateris absque corruptione adire virginem potuisse. Negas Deum, quod vellet facere quovis, quem contendis genitricem integram invenisse, corruptioni deditam relinquisse. Ut ergo asseris, omnipotentis divinitas non profuit virginitali, sed obfuit, quia dum virginem deus nascendo violavit, summam virginitalitatem destruxit: ac per hoc ipsum adstruis virginem deturbasse nascendo, quam decraverat ipse creando. Obmutescat os talia proloquens: hebetescat cor talia meditans: adhereret faucibus lingua talia promens, non respiret sermo talia narrans. Ecce enim virgo ex Deo, virgo ex homine, virgo attestante angelo, virgo iudice sponso, virgo ante sponsum, virgo cum sponso: indubitata virgo, etiam dubitante sponso. Virgo ante filii adventum, virgo post filii generationem, virgo cum filii natiuitate, virgo post filium natum; Verbo foecunda, Verbo repleta, Verbo uberata, Verbo partu digna; humana quidem natiuitate, humana lege, humano sensu, humana conditione, humana veritate, illaesa, incorrupta, inviolata, intemerata, integerrima vere. Divino autem munere, divino favore, divina collatione, divina adinventione, divino dono, divino concessu. Novo opere, nova effecia, nova operatione, novo effectu partus. Cum conceptu virgo, post conceptum virgo, in partu virgo, cum partu virgo, post partum virgo. Virgo cum nascitur, virgo cum nascente, virgo post filium natum. Coniux dicta, et virgo coniux assumpta, et virgo coniux credita, et virgo cum coniuge simul, et prole perennis virgo. Ignota seniper coniugio, ignota complexu, ignota tactu, ignota maritali collegio. Et tunc certe, tunc non dubie, tunc vere, tunc veraciter sancta Virgo, beata Virgo, gloriosa Virgo, honesta Virgo, sed post generationem incarnati Verbi, post natiuitatem Dei hominis assumpti, post natiuitatem Deo homini uniti. Sanctior, et sanctissima virgo, beator, et beatissima virgo, gloriosior, et gloriosissima virgo, nobilior, et nobilissima virgo, honestior, et honestissima virgo, augustior, et augustissima virgo. Deinde (cap. 2.) orationis suae auctores contra alium haeresiarcam inloquentes, haec praecleara ei obicit: Audi ergo et tu Helvidi, ad me attende impudorate, me ascolta impudice, me inture in honeste, me conspice inverecunde. Quid impudicitia commoveris? Quid in honeste accedis? quid sine reverentia occurris? quid sine pudore recararis? Quare virginis nostrae principia, corruptionis sine coarctas? Quomobrem initia pudoris exitu actae procreacionis infamas? cur integritatem decinitate sacratae, humana concitacione deturbas? nolo huius matre-vestas vim irruptas: ne possessionem Dei convectare ausu pertumpas: ne mansionem divinitatis audeas praesumptione contemneris: ne domum Domini inturris corruptionis confodias: ne portam domus Dei eius in exitu clausam, a quocumque posse adiri contendas. Virtutum Deus est Dominus possessionis huius. Coelorum rex est possessor turris istius. Omnipotens est artifex aedifici huius. Solus egressor, et custos est portae egressionis huius. Nemo cum illo ingressus est, nemo egressus, in adeundo eam. Nemo socius: in egrediendo nemo sodalis. Qualiter introieris, nemo novit: qualiter exieris, egressio sola cognoscit, absque veste Deus, ut ita dicam, ingreditur, qui, ut certe dicam, carne vestitus egreditur, ad domum sui operis venit, carnis tantummodo vestem tulit. Idem qui venerat rediit, sed aliter quam inceserat, ipse inde processit. Hanc domum ingrediens non pudoris spolia tulit, sed egradients integritatem donavit: a Domino quidem erat fundata, sed adventu Domini nondum plena, nunciante angelo fundatoris sui cognovit adventum, et novae congregationis admiratur access-

sum, habitationem esse tibi cognoscit, et qualiter in abditis agat, plene non penetrat. Verumtamen animi virtutes parat in officia virtutis, desert Dominum debita iura conditionis, quod ille coelos praesidens iusserat, haec in se recipit ministrat. Adprobat se conditori suo mundam carnem, simulque animam praeparasse, quae et spiritus sancti obsequia carnali filio detulit, et Dominum suae carnis veritate, et incommutabili veritate vestivit. Definito tempore, hunc qui venerat, egressi sentit, et placido egressionis lacta processum aliter procedentem inspicit, quam accedentem scribit. Suae carnis veritate hunc videt esse vestitum, et in sui vultu, ac pudoris integritatem minuisse non sentit, sed potius crevisse cognoscit: et paulo inferius eodem capite haec dulcissima scripsit: Ecce enim insolito modo, insolito usu, insolito ordine, insolito iure, in una persona, in uno corpore, in una conditione, in una aetate, alternat honor matris, et virginis, et alternat pudor virginis, et matris: alternat in generante virginitas, alternat in virgine generandi facultas, et neutrum eadit illi, et utrumque in alterutrum derivatur: et neutrum impeditur ab invicem, etambo propere transit in alterum: quia ambo unum, qui duo idem, quia diversa ipsorum; quam distinctum accidens, quia indiseretum concurrens, quia indiseretum supererant. Non matrem virginitatis deserit Deus: non virginem maternus impedit partus, et virginem non violat foetus: et matrem nobilitat pudor virginis, et virginem nobilitat foetus, et matrem non violat pudor virginis. Saepe matris, et virginis nomina nullis dissociata sunt casibus, nullis impedita difficultatibus, nullis laesa proventibus, nullis dubia rebus. Indisereta utraque, inseparabilia utraque, indissociabile tetum, indissociabile totum. Accidit aliquando, ut esset mater, quae virgo erat; advenit ut generaret, quae nusquam corporis sui generis vicerat. Affuit ut parturiret, lege parturitionis ignota. Occurrit, ut existeret in filio integra, quae in coniuge non extiterat diminuta. Sed illud inaequabile, illud incomprehensibile, illud inenarrabile, illud admirabile, illud inauditum, illud inexcusum, illud inusitatum, ut virginitas conceptu clarescat, ut partum virginitas comitetur, ut generatio adsignet virginem, ut virginitas probelet matrem; matrem quoque ut virginitas glorificet, virginem, ut gratia matris ornent, ut decus maternum virginitas assequatur, ut decus virginem matris fecunditate seroret: ita maternam virgo accepit veritatem: ita virginis gloria transit in genitricem: ita nomen genitricis accedit in virgine: sic venit, sic adfuit, sic occurrit, ut si matrem quaeramus, virgo est: si virginem quaeramus, mater est: si florem quaeramus, virginis est: si pudorem quaeramus, matris omnino est. Rursus post haec capite tertio contra Iudaeos et tela conficit: Quid dicis o Iudaeus? quid proponis? quid astruisti? Quid obicit? quid obicitas? ecce virgo nostra ex stirpe, tua est; ex genere, tua est; ex radice, tua est; ex gente, tua est; ex populo, tua est; ex plebe, tua est; ex natione, tua est, ex origine, tua est. Verumtamen ex fide, nostra est; ex reverentia, nostra est; ex honorificentia,

nostra est; ex laude, nostra est; ex glorificatione, nostra est; ex dilectione, nostra est; ex amore, nostra est; ex praedicatione, nostra est; ex praeconio, nostra est; ex defensione, nostra est; ex vindicatione, nostra est. Quod enim tibi Spiritus sanctus de illa per prophetas praedixit, per oracula intimavit, per figuras innotuit, per praecedentia promissit, per subsequencia complectit, te negante, te non credente, te abnente, te repugnante, te resultante, te blasphemante, ego noxi, ego credidi, ego sapio, ego cereo, ego honoro, ego glorifico, ego amplector, ego amo, ego diligo, ego praedico. Quia me gratia praevenerit, fides implevit, misericordia subsecuta est, amor procevit, et rei huius gloria exaltavit. Te autem quae perfidia avertit, quae praevitas occipit, quae caecitas adit, quis error obtinuit, quae obstinatio induravit? Dicitur, quare non eredis in genere tuo propter virginem Mariam, quare non credis sine viro virginem concepisse? quare non credis proprium virginem gestare? quare non credis, sine viro virginem parere post partum? An illo mendaci genere filinitus, illo primaeae perfidiae veneno erupulatus, illo parentalis fallaciae argumento confusus, illo infidae persecutionis actu perversus, illo antiquae pertinaciae munimento firmissimus in sacris literis, adolescentulam non virginem parere posse causaris? Plane mentiris, fallax es, et falleris, falso criminaris, falso proponis, falso contendis, falso arguis, falso defendis. Si enim, ut ais, invenula, non virgo parere possit, quod signum, sicut promittit daret Dominus? quod miraculum faceret? quid admirabile demonstraret? quid inusitatum ostenderet? si invenula pareret, quod consuetudinis erat; si puella pareret, quod aetatis erat, quid mirabile foret? si adolescens foemina parturiret, quod terneritatis erat; si non impar matrimonio pareret, quod naturae simul, et temporis erat? Cuius interdu maxima cura de sponsi manet electione sollicita? Cuius mens de futucae coniunctionis est expectatione perantia? cuius vota sunt secundum sodalium experientiam non incerta? Sed vere illud esset signum, si virgo pareret, et integra esset. Illud efficeret novitatem, si virgo parturiret, et pudere nitesceret. Illud haberetur admiratione condignum, si virgo generaret, et incorrupta consisteret. In illo ostenderetur miraculum, si humana conceptione fieret, quod humana natura nesciret. In illa caretur signum, si nulli maritali viro, foret pariens virgo. In illo rei stuporem fieri, si foemina, et virginibus simul, et maternis insereret officis. In illo facti admirationem peractum iri, si uno mulier tempore lactaretur praemisissimam et pudoris, et prolis. Ac tandem cap. 10. ad archangelum Gabrielem sermonem dirigens, in haec verba illum affatur: Tu sancte Gabriel, angele Domini, qui mitteris ad Virginem Israel, qui venis ad matrem Domini; qui propterea ad singularem virginem decus in mundo; quae, quid incorruptius, quid sincerius, quid integrius, quid solidius inter virginitatem maternam, et conditionem angelicam; inter virginem fecunditatem, et angelicam formationem; inter incorruptibilem virginem decus, et angelorum eorum; inter pudorem prele paratum, et angelicae nobi-

litalis initium? Virgo, quae foecundatur, et non corrumpitur, quae Apostoli, nostrae fidei principes, pars in ruina prostratur? decus virginum, quod post partum enitet, an nobilitas angelica, quae post gloriam culminis damna sustentat in sociis? integritas materna, quae post partum prolis concrescit in gloria Virginis, an conditio angelica, quae detrimentis laesa est in electis? Beatitude matris, quae inde fit generatio Dei, unde nescia corruptionis est angelicae plebis tuae, quae ante soliditatem incurrit diminutionem partis multitudinis suae. Certum est quod angelorum castra superbia rupit, cuneos eorum praesumptio minoravit, plebes ipsorum praevitas diminuit, turmas ipsorum elatio collisit: nam virginitalum Dominae inae genita proles, nec introiens, nec exiens lassit, nec concepta, nec nata violavit: nec eam, cum hospitaretur in illa, trivavit, nec illam cum egrediretur, incorruptione privavit. Haec ergo foemina conceptio virginem reddit. Haec foemina partus virginem sercat. Haec foemina generatio virginem habet. Haec foemina filius ita post exitum novit, sicut ante conceptum invenit. Et huius vere virginis semper incorrupta, semper integra, semper illasa, semper inviolata. Nam angelicae forma naturae, ante soliditatem frigidis, ante firmamentum labens, ante stabilitatem ruens, ante robur titubans, atque mutans. Haec foemina satisfactionis vas est: atternitas virginitalis est. Mater Dei est. Sacramentum sancti Spiritus est, templum singulariter unicum factoris sui est. Accedat ad auream haec contexamdam catenam annulus Prudentii Marianam virginitalitatem in hunc modum decantantis:

Intacta thalami virtus divina puellam  
Sincero afflata per viscera casta maritali  
Incomperta ortus nativitas inbet, ut Deus esse  
Credatur Christus sit conditus, laudibus virgo  
Nobis Spiritus, vultum nec sensus amicitis:  
Pubeatis signata manet, gravis lotus, et extra  
Incoluntis flores de fertilitate pudica  
Virginitalis, et prompta illes Christum bibit alvo  
Cordis, et intactis condit partura latebris.

Sedulius item lib. 2. operis Paschalis, haec eleganter, et compendiose cecinit:

Et velut in spinis mollis rosa surgit acutis,  
Nil velud in laedat habens, matremque obscurat ho-

noxe,  
Sic Eva de stirpe sacra veniente Maria,  
Virginis antiquae factus nova virgo piaret,  
Angelus intactae cecinit, propepta Mariae  
Et dictum comitata fides, utrumque puellae  
Syderum mox implet omnes, remanque creator  
Nascendi sub lege fuit: stupet iuncta teosus  
Virgo sinus, gaudetque summi partura parentem.

Modemus auctor Canisius eruditione, et styli gravitate antiquis scriptoribus non impar, praeter nulla, quae adversus haereticos disputans addidit, haec in comprobationem Marianae virginitalis scripsit (lib. 2. de Deiparae c. 16): Quarec autem aliquis, ubi, et quando indicavit Ecclesiae, ut de perpetua Deiparae virginitalis fides, et doctrina certe constitatur? Re-

spondemus, hoc dogmatis genus inter alia re-  
sponderi, quae Apostoli, nostrae fidei principes,  
viva voce magis, quam scripto, ut Basilium (lib. de Spir. sanct. c. 27), et Ephphanium (contra apoc. haeres. 61) comprobant, Ecclesiae initio tradidit-  
que, quae porro Ecclesiae cum adaeversiorum  
procevit, et publica utilitas ita postulari,  
conceptis etiam verbis contestata est. Ecce li-  
ber non vulgaris de ecclesiasticis dogmatibus,  
Augustino adscriptus, quisquis cum tandem, cum  
ex aliis Patribus, tum ex Augustino primam  
collegit, in quo etiam haec fidei traditur regala:  
Integra fide credendum est, beatam Mariam Dei  
Christi matrem, et virginem concepisse, et vir-  
ginem genuisse, et post partum virginem per-  
mansisse. Nec est blasphemiae Heloidii acquie-  
scendum, qui dicit: Fuit virgo ante partum, non  
virgo post partum. Haec fidei regulam repetit  
Isidorus hispalensis (c. 53), cui fortasse totus  
ille liber debetur, sicut etiam inter eius opera  
legitur sub hoc titulo: Liber de doctrina, et fide  
ecclesiasticorum dogmatum. Quid vero impedit,  
quo minus ad perpetuum Deiparae virginitalitatem  
adstruendum referamus, quod Augustinus (in En-  
chirid. cap. 34) ad Laurentium scribens affir-  
mat? Totam, ait, confiteri Ecclesiam, quod Chris-  
tus de virgine Maria nasceretur. Max vero lecto-  
rem admonet de legendo libro, quod nunc ce-  
cture non arboritur, de virginitalitate sanctae Mariae,  
nisi fortasse sit cum illo unum, et idem, qui  
de sancta virginitate Mariae nasceretur. Max vero lecto-  
rem admonet de legendo libro, quod nunc ce-  
cture non arboritur, de virginitalitate sanctae Mariae,  
nisi fortasse sit cum illo unum, et idem, qui  
de sancta virginitate Mariae nasceretur. Max  
vero lectorem admonet de legendo libro, quod  
nunc cecture non arboritur, de virginitalitate  
sanctae Mariae, nisi fortasse sit cum illo unum,  
et idem, qui de sancta virginitate Mariae  
nasceretur, cuius mentionem quoque facit in  
libris Retractionum. Iam vero synodus, quae  
Nicaea secundo celebrata est, haec proponit  
anathematismum: Si quis non confiteretur: Sanctam  
semper Virginem Mariam proprie, et vere Dei-  
param, anathema sit: ubi praeterea legitimus,  
Mariam immaculatam, et explicite, casuitali ma-  
trem appellari. Nec temere factum est, quod san-  
cta haec, et gloriosa semper Virgo dicitur in  
concilio Constantinopolitano, sicut eadem, Dei ge-  
nitrix, semperque virgo, et immaculata, in La-  
terana synodo, quae sub Martino primo est ha-  
bita, praedicitur. Ad haec Sophronii epistola cir-  
cumfertur, eaque digna iam olim visa Patribus,  
quae in Constantinopolitana synodo recitarietur,  
atque approbaretur. Huius autem testimonio Ma-  
riae virginis illibata est, quam ante partum,  
in partu, et post partum intemerabilis praeser-  
vavit. Postremo apud Androsium epistola legi-  
tur multorum quidem Episcoporum nomine pro-  
mulgata, et illos anathemate feriens, qui dice-  
runt; immaculata Christi genitricem Mariam  
concepisse quidem salva virginitali, sed non pe-  
perisse. Ac rursus idem Androsius altam scribit  
epistolam, in qua confirmat iudicium Episcopo-  
rum, illos plane damnantium, qui Mariam post  
partum hanc mansisse virginem, sed plures ex  
Iosepho generasse filios mentiebantur. Loquitur  
autem Androsius de synodo Thelensi, cui et ipse  
dicitur interfuisse, et quamque Syriacus Pontifex  
confirmaverat. Accedit, quod solemniter Ecclesiae  
rite iam olim receptum, et probatum certissimum,  
ut contra Helvidianorum, Antidomarianitarum,  
et haereticorum omnium linguas, mentesque  
blasphemias in templis publicae decantetur, que-  
madmodum orthodoxos omnes de Maria sentire,  
et profiteri par est: Beata es virgo Maria, quae

omnium portasti creatorem: genuisti, qui te fecit, et in aeternum permanes virgo. Ac rursus: Virgo Deum, et hominem genuisti, et post partum virgo inviolata permansisti. Et complures quidem hymni de more veteri decantantur, in quibus eadem veritas publice confirmatur, nimirum gratulante sibi Ecclesia de Mariae perpetua virginitate, velut de monili pretiosissimo. Hinc illud carmen ex Fortunato repetitum:

Radix Iesso iam floruit, et virga fructum edidit.  
Fœcunda partum protulit. Dei virgo mater per-  
(manet.)

Ac tandem ultimum anulum huic catenae adnectat Cardinalis Baronius, vir hoc nostro saeculo pietate, et doctrina conspicuus, qui (primo tomo *Annalium in principio folio 50.*) haec scripsit: Cum naturae Dominus gignatur, naturae legibus non tenetur, quae conceperat sine viro, parit sine dolore; et quae virgo semper fuerat ante partum, aequae permansit in partu, ac subinde eadem perseveravit post partum. Unde in Ecclesia Dei a perpetua virginitate consecuta est cognomentum: nam quantumvis Dei mater esset, quo excellentior nullus est titulus, tamen nunquam nominari a maioribus consuevit sine superaddito cognomine Virginis. Unde in hanc sententiam, haec Epiphanius (haer. 78) inquit: O quis unquam, aut quo saeculo ausus, et proferre nomen sanctae Mariae, et interrogatus, non statim intulit Virginis vocem? Ex ipsis enim nominibus, et epithetis, etiam virtutis signa elucet: dignitatis enim appellationem acceperunt iusti, unusquisque decanter, ut congruum fuit; et Abraham quidem impositum est epitheton, amicus Dei, et non dissolvetur: Iacob vero, ut Israel vocetur, et non alterabitur: Apostoli, Boanerges, hoc est, filius tonitru, et non relinquatur; et s. Mariae vox, Virgo, et non mutabitur, impolluta enim permansit, et sancta; haec Epiphanius. Quae ergo in partu, et post partum virgo dicina virtute permansit, aequae sine dolore parturit, nec aliquo indignit obstetricantis obsequio: sed ipsa genitrix, et obstetricatrix devotam dilectae soboli exhibet clientelam, attrahat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mammam: totum negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturae contumelia in puerperio; haec apud Cyprianum. Nihil sane commune cum ceteris mulieribus habuit, ut non sicut illae, peccati poena ita exposcente, cum dolore pareret, vel quae partum sequuntur, experiretur molestias lassitudinis: hinc et s. Zeno episcopus Veronensis de his agens, haec ait (ser. 6. de nat.): Non mater eius, tanti partus pondere exhausta, totis pallens incuit resoluta visceribus, non filius matris, aut suis est ullis sordibus delubatus; neque enim revera aliquid circa se habere possit immundum, qui humani generis peccata, sordes, et maculas venerat mundaturus: denique purgationes, quae sunt tarditate periculosae, nullo puerum maternorum viscerum secutae sunt damno; nulla adhibita rudifetate, sueto more, fomentis; neque enim, fratres, his poterat indigere, quae accipere in utero meruerat animarum omnium Salcatorem; haec ille. Quae autem mox subdit de poena

incredulae obstetricis, et sospitate eidem restituta, haud dubium ex apocryphis est mutata; sic enim ait: Maria incorrupta concepit, post conceptum virgo peperit, et post partum virgo permansit. Obstetricis incredulae periclitantis enixa in testimonium repta, eiusdem esse virginitatis, incenditur manus, qui tucto infante, statim eadem illa flamma sopitur: sicque illa medica feliciter curiosa, dum admirata mulierem virginem, admirata infantem Deum, ingenti gaudio exultans, quae curatum generat, curata recessit; haecenus Zeno; sed non alimunde, ut diximus, quam ab apocryphis accepta. Refelluntur praedicta de obstetricis obsequio ex his, quae Athanasius (ser. de nat. Christ. apud Lip. tom. 8) scribit his verbis: Quae sine dolore aliquo mater fuit, eadem et obstetricis munere sancta est, cum a nulla muliere didicisset: non enim permisit quemquam impuris manibus attritare partum ab omni labe purum: illa per se eum, qui ab ipsa, et pro ipsa genitus est, suscepit, panis involcit, et in praesepio reclinavit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA XIII.

Omnia, quae tam Gentiles, quam Iudaei, et Haeretici adversus integerrimam Mariae virginitatem obiectant, inania, et futilia esse commonstrantur.

Cum d. Ildephonsus (in lib. de perpet. Virg. Mariae, et eius parturit. cap. 1) dicat: Pro ea contra haereticam pravitatem dimicare, ac vincere, opus est Spiritus sancti, qui omni obmolvit, ut sine coitu viri, et sine ulla corruptione Deum, et hominem pareret, virgoque semper maneret; liceat mihi, quamquam non nihil concionatorii muneris limites transilire videar, ut qui hucusque divini Spiritus, ut arbitror, favente aura, quibus potui argumentis, et monumentis perpetuum Dominae meae Deiparae Mariae virginitatem constabilliv, eandem ab haereticorum calumniis, et cavillibus nunc acerrime vindicem. Impudentissimi haeretici vehementer in illam debacchati sunt, diversimode tamen; nam Ebionitae, teste divo Celerente (lib. 6. const. cap. 6), et Cerinthus, et Carpocrates, ut referunt divus Irenaeus (c. 26), et Tertullianus (lib. de praes. haeret. cap. 38), in ea sacrilega fuerunt sententia, ut dicerent, Virginitatem concepsit ex Iosepho, quem putabant esse verum patrem Christi Domini. Alii vero, ut Iovinianus, auctore divo Augustino (de haeresibus cap. 82), et (lib. 2. contra Iulianum, sero in principio), et Gualterus cum multis eius aseculis, ut scribit Tritheimus (in Chron. anno 1315), Molineus, et Protestantes huius nostrae tempestatis affirmant, beatam Virginem in conceptione servasse virginitatem, illam tamen in partu amisisse. Alii tandem haeretici, quos vocant Antidicomarianitas, idest, Mariae contrarii, ut referunt d. Hieronymus (contra Iovin.), et d. Augustinus (haer. 84), et d. Hilarius (Cap. 1. in Matth.), affirmarunt, beatam Mariae virgi-

nitalem, tam in conceptione, quam in partu integram permansisse, postea tamen dicunt violatam fuisse per actus matrimoniales cum Iosepho. Ad haec haeretica deliramenta moventur primo, qui in sacra Scriptura saepe dicuntur nonnulli fratres Christi; non ergo semper virgo servavit virginitatem. Quod si respondeas cum divo Hieronymo (contr. Hel.), et cum divo Augustino (lib. 22. contra Faust. cap. 35), fratres Domini ita appellari propter sanguinis propinquitatem, non quia nati fuerint ex Maria; contra obiectum, quia si solutio haec semel admittatur, nullus erit firmus locus sacrae Scripturae ad probandum aliquos fuisse veros fratres, quia quisque poterit dicere, ita appellari propter sanguinis propinquitatem, non quia ex eadem matre ortum habuerint: tum quia divus Matthaeus (cap. 1) vocat Christum primogenitum Mariae; habuit igitur alium secundogenitum, cum primum non nisi per relationem ad secundum dicitur. Quod si eisdem aliter respondeas cum Epiphano (haer. 51), et Origene (in Matth. 3), Occumenio, et aliis Patribus graecis, fratres Domini appellari eos, qui erant filii Ioseph ex alia uxore, quam antea habuerat, et ideo sicut Ioseph, secundum vulgi opinionem, erat pater Christi, sic filii Ioseph secundum eandem erant fratres Christi; contra obiectant, quia in evangelio assignatur manifeste alius pater fratrum Domini praeter Ioseph: nam Iacobus minor, qui frater Domini dicitur, appellatur Iacobus Alphaei apud Marcum (cap. 3), et Lucam (c. 6), ubi etiam Iacobus maior dicitur Iacobus Zebedaei: est autem evidens, sic appellari, quia ille filius erat Alphaei, iste Zebedaei: nam secundum phrasim sacrae Scripturae filius a nomine patris cognomen accipiebat, prout tunc moris erat, ut clare constat ex Machab. (c. 1), ubi Alexander Philippi dicitur, quia filius Philippi erat. Ad hanc obiectionem, omnia secunda solutione, admitto primam: ad impugnationem vero illius primum respondeo, quod licet ex vi huius vocis, frater, non colligatur semper esse verum fratrem, colligitur tamen ex contextu, et ex aliis sacrae Scripturae locis, ubi id palam traditur. Ad secundam vero impugnationem respondeo, primogenitum dupliciter posse sumi, positive, et negative; positive, quando dicit relationem ad secundogenitum; negative vero, quando solum importat negationem prioris filii, sicut, quando in lege praecipiebatur offerri primogenitum, sine dubio comprehendebatur unigenitus, alias nemo obisaretur ad offerendum unigenitum, quousque nasceretur alius secundogenitus; quod est aperte falsum. Vel aliter dici potest Christus primogenitus, non respectu sequentium carnalium, cum nullum alium habuit, sed respectu adoptivorum; licet enim unicum Virgo in sanctissimo utero genuerit, in eo tamen spiritua-liter facta est mater magnae multitudinis filiorum, quorum Christus est primogenitus. Ac tandem aliam d. Epiphanius (haer. 78) evocant intelligentiam: in eo, quod dixit Evangelista, filium suum significavit ex virgine secundum carnem genitum, in cognomine vero primogeniti, non amplius vocem suam apposuit, sed primogenitum solum; quasi diceret:

peperit filium suum Virgo, primogenitum vero aeterni Patris. Subiungit etiam idem s. Epiphanius duplicem aliam interpretationem in haec verba: Primogenitum, essent, quoniam primogenitus est, priusquam inquit, crearetur, et primogenitus inter multos fratres, iuxta Apostolum, non iuxta eum, qui est a Maria, velut alii sint ex ipsa, sed inter eos, qui digni facti sunt accipere per ipsam adoptionem in filios.

Secundo obiectant haeretici duplicem locum sacrae Scripturae: primus est ille, quem ex veteri lege (Exod. 13) refert d. Lucas (c. 1): Omne masculinum adaperiens vulvum, sanctum Domino vocabitur: ubi Israelitis praecipiebatur primogenita sua Deo consecrare; et d. Lucas indicat ibi, hoc praecceptum etiam pertinere ad Christum, ut Mariae primogenitum: ergo supponit illum aperuisse matris vulvum; unde d. Epiphanius (haer. 78) circa finem ait: Hic est, qui vere aperuit uterum matris: et Tertullianus (lib. de carne Christi circa finem): Ideo inquit Paulum dixisse factum ex muliere, non ex virgine, quia Christus egrediens ex utero adaperuit eius vulvum antea clausum, ut in posterum non virgo potius, quam mater dicenda sit: ubi etiam ait: non est virgo a partu. Et Gregorius Nyssenus, Chrysostomus, et Amphilocheus (hom. de Purificat. seu de occursu Domini), et d. Ambrosius (lib. 2. in Luc. cap. de Circumc. et oblatione Sabaot), et Origenes (hom. 14. in Luc.), et alii, affirmant Christum nascendo matris vulvum aperuisse, idque singulare fuisse in Virgine, quod aliis mulieribus aperitur in conceptione, Mariae vero solum in partu. Secundus locus est (Matth. 1): Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Scripturae, antequam conveniret, inventa est in utero habens de Spiritu sancto: ergo supponit postea convenitur: sicut enim de non cursuro, non dicitur antequam curreret, et de non pransuro, antequam pranderet; ita dici non potest de non convenituris, antequam conveniret. Quod si respondeas cum Remigio, convenire idem ibi significare, quod cohabitare in eadem domo, sicut d. Paulus accipit (1. ad Corinth. 11), dum ait: Conventibus vobis in unum, iam non est dominicum coenae manducare, atque ideo cum dicitur: antequam conveniret, subintelligendum esse in aedes propriae Ioseph ad simul in eis cohabitandum; quam expositionem confirmat id quod angelus dixit Ioseph: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, hoc est: noli timere illam ducere in domum tuam: nam quantum ad matrimonium contractum iam illam acciperat. Contra est, tum quia Matthaeus paulo post praedicta verba subdit: Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum: quibus aperte indicat post partum eam cognovisse, cum adverbium donec ex proprietate sermonis significat determinatum tempus, quo expleto fiat, quod usque ad illud tempus non fiebat. Nec inval responso Epiphanius (haer. 78) referentis verbum illud cognoscebat, non ad carnem, sed ad mentis cognitionem, quia, inquit, ante partum Ioseph non satis percipiebat dignitatem et excellentiam Virginis, quam tamen post partum melius cognovit; et ideo evangelista dixit: non cognoscebat eam; donec peperit filium